974) *Nota, quod poſt omnia prædicta, de milleſimo trecenteſimo octuageſimo sexto menſis ſeptembris die decimo, indictione decima, determinatum fuit per Conſiliarios infraſcriptos, audita quadam parte capta in M. C. milleſimo trecenteſimo quadrageſimo quarto die XXVI menſis Auguſti*, quod Domini de Nocte non potuerunt facere condemnationem de libris quinquaginta pro parte ordinata contra presbyterum Michaelem Diomede S. Marci Manſionarium: sed quod factum ſpectet, & ſpectare debeat Sereniſs.° D. Duci, & Primicerio S. Marci, ad puniendum & condemnandum ipſum Manſionarium, & alios ſimiles, ſicut obſervatum fuit per tempora præterita, & ſicut dicta pars ordinate facit mentionem. De qua determinatione ipſi DD. de Nocte contenti fuerunt; dicentes, quod ſic facere & obſervare erant parati. Conſiliarii fuerunt:

Jacobus Delphinus, Miles. = Johannes Bembo. = Marinus Storlado. = Andreas de Peſaro. = Andreas Loco. = Remiſius Superantio.

¶ Quì e ſopra il Fauſtini o usa l'Indiz. CPolitana, o cadette nello ſbaglio altrove notato. La famiglia *Loco* mi è nota ſolo da queſto luogo, quando però non debba leggerſi piuttoſto *Andreas Coco*. I Manſionarj avean i privilegj dei Cappellani.

975) *Pars capta in M. C. in* 1302, *die V Martii, quod* D. Dux ſolus poteſt ordinare in factis & expenſis faciendis in Eccleſia S. Marci, *et est notata in libro Leona ad Cart.* 124.

Cum Venerab. vir D. Johannes Lauredano Primicerius Eccleſiæ noſtræ S. Marci, tam reſpectu dignitatis quam antiqui noſtri ſemper honoraverunt, quam